


CAESARIS
CONTARDI GENVEN.
ADVOCATI CVRIAЕ
ROMANÆ.

COMMENTARII IN L.
vnicam. C. Si de Momen, possels.
fue, appell.

Num. 48. Cass. 8. num. 50



Cum Priuilegio.

ROMAE, Apud Iosephum de Angelis,
M. D. LXXXIV.

GOL. SOC. I. E.S.V. Salm. ex dono Recente.



SANCTISS. ET BEATISS.

D. N. GREGORIO XIII.

CÆSAR CONTARDVS

Humilem Pedum exosculationem.



T si illud cst, Beatissime Pater, humanis ingenij^s natura insitum vitium, vt sua quenq; maxime delectent, egoq; proinde excusatione dignus videri possim, si disputationes has meas ad Cæsar's rescriptū in Codice Iustiniano inclusum, tituloq; de momētanea possessione inscriptum, in lucem edi dissem; tamen sententiæ diu incertus fui, varia hominum iudicia verens: quam dubitationem ij, quibus librum inspicendum dedi, quiq; de his rebus iudicia facere possūt omnes vna voce, mihi ademerunt, magnopereq; mihi auctores fuerunt, ne rem foro non inutilem futuram diutius cōprimerem: fore enim ne me suscepti diurni laboris pēniteret, si rei non satis à Doctoribus explicatæ, cuiusq; ita creber sit usus, vt nulla ætate nostra in forensibus contentionibus crebrius iactetur, ali quid lucis labore & industria nostra esset allatum. Facile fuit animum, quo sua sponte propendebat, impellere. Cum igitur ita vt homines amicissimi imprimisq; docti suadebant, facere decreuissem, Ecce alia dubitatio, quæ me non minus diu nutātem tenuit, cui nam scripta hæc nostra dicarē. Tu in primis, Pater Beatissime, in mentem veniebas, idq; magnopere auebat animus, vt qualemq; hoc opus nostrum tanti nominis inscriptione cōmunitum, & ab obtrectatorum liuore tutū esset, & à contempnu hominū vindicaretur. Sed multa me ab eo consilio detinebant; primum summa maiestas tua, vt proiecta audaciæ videretur, eum sibi Patronū asciscere, qui in altissimo

t ij simo

Rubrica.

I

S V M M A R I V M .

- 1 Eccatum est descendere à ueritate textuali.
2 Textus declaratur à uerbis Rubrica, licet imperfecta sit.
3 Momentum, dictio est equivoca.
4 Obscuritas parit lites.
5 Momentum aliquando sumitur pro robore & in possessionis.
6 Momentum unde dictum.
7 Possessio appellatur momentanea, quia cito debet expediri.
8 Possessio dicitur momentanea aptitudine.
9 Momentanea possessio assignatur uictori cum formidine repetitionis.
10 Momentaria possessio, an sit uerbi latinum.
11 Viator cui assignatur possessio momentanea, an interim sit uerus possessor.
12 Quando inspiciatur quod eventire potest.
13 Index qui nullori assignat possessionem momentariam, dicitur eam pure
assignare.
14 Qualitas rei non immutatur, ex eo quod contingere potest.
15 Denominatio fieri debet ab eo, quod in praesenti est.
16 Possessio, an sit momentanea ab exitu litis dignoscitur.
17 Verisimile est uictum in possessorio uelle agere petitorio.
18 Dubius est litis euentus.
19 Nihil est tam certum, quod non repentinus aliquis casus possit inuertere.
20 Quod proxime futurum est, habetur ac si esset, quando id quod futurum spe-
rat, est infallibile.
21 Actio legis Aquilia, quare penalis sit nuncupata.
22 Aqua quotidiana dicitur, licet quotidie non fluat.
23 Multa sunt uerba, que ad aptitudinem tantum referuntur.
24 Verba relata ad potentiam, aliquando accidit requirunt.
25 Quae aptitudinem habent, non respiciuntur à natura.
26 Quaratione curia Romana non confirmat sententias latas super possessorio.
27 Questio possessionis, quare momentaria dicatur.
28 Possessio appellatur momentaria per accidens.
29 Aliquando arbitratum est, quare possessio fuerit denominata momentaria,
aliquando uero quare iudicium possessorum fuerit appellatum.
30 Si iudicium apparetur momentarium; ideo appellatur, quia cito possit ex-
pediri.
31 Dicilio statim, quando importet summariam cognitionem.
32 Possessio Momentaria quid sit.
33 Possessio quedam apud Priscos erat in usu, multum similis possessioni mo-
mentaria.

A

Poss-

IMPERATOR VALENT.

THEO. ET ARCHA.

Ad Eusigium Præ. Pre.



VM de possessione, & eius momento causa dicatur, & si appellatio interposita fuerit: tamen sententia lata fortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet; ut integra omnis proprietatis causa seruetur.

HAE C constitutio Valenti. Theod. & Archad. Imperatorum, subtili architectura condita, & si ex omni parte sit honesta, clara & Reip. utilis: tamen naturali forsan quodam interpretum diffidio, sive ostentationis, sive gloriæ cupiditate non paucis ingenitis, sive quadam humani generis infelicitate factum est, ut tanta sit uarietate opinionum inumbrata, ut sepe à nonnullis & dura, & iniqua appelletur: Et tamen nulla est lex, quæ frequentius in negotiis forensibus occurrat, & quæ latius pateat.

Vnde quasi pusilli mei talenti, aliquam rationem efflagitanti domino redditus, & eius & Mariæ Virginis auxilio confisus, ita facilis, & humili stilo huiusc breuissimæ legis commentarios aggrediar, ut non sillogismis nouis, ac uerbalibus aliorum reprehensionibus, quas utilius est contempnisse quam didicisse, eam magis complicasse tenebris, quam explicasse uidear.

A 2 Orig-

Series Cartharum.

¶ ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk

Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss.

Omnis sunt quaterniones, Præter ¶ & Hh
qui sunt duerniones.

L A V S D E O .



R O M A E,
Apud Iosephum de Angelis,
Impressorem P. R.
M. D. LXXIII.